



**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxx. De confirmatione vtili vel inutili.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

men esse intelleguntur. ollis interim substracta  
vel ablata restituuntur.

*De confirmatione utili vel  
inutili. Tit. 30.*

LITERAE confirmationis sententiae à qua 3. *Bone.*  
adpellatum siet ab apo. sede impetratæ, si  
adpellatus adpellantem maliciosè præuorterit,  
ne valento. aliàs donec à iudice decisa siet ad-  
pellatio in suspenso funto.

Et si quis rei litigiosæ cōfirmationem ab apo. 1. *Si quis.*  
sede impetraffit: iudex non ideo minùs de lite  
cognoscito. sin eam pacificè possidebat: de lite  
postea orta ne quid sine Romani pont. manda-  
to decernito.

Nam de confirmationibus Romani pont. hoc 2. *De cō-*  
tenor. Contra illas(nisi nouum sedis apo. pro- *firmatio-*  
cedet mandatum, aut easdem per falsi sugge- *nibus.*  
stionem elicitas esse certum erit) aliquatenus ne  
iudicator.

Huiusmodi confirmatio si super amicabili in- 8. *Vene-*  
ter aliquos inita compositione ex certa Roma- *rabilis.*  
ni pont. scientia facta erit, licet in ea confirma-  
tionis verbum tenorem confirmati præcedat,  
aut consueta clausula, **SIC VT SINE PRA-**  
**VITATE FACTA E S T**, inserta siet, non ideo  
minùs valeto.

Arbitrium verò contra formam iuris & com- 7. *Esa-*  
promissi per arbitros latum, licet per ipsissimum *minata.*  
Romanum pont. in forma communi confirma-  
tum, ne teneto.

M. iiiii

## De confirm. vtili vel inut.

5. Ad

nostram.

6. Porre-

sta.

9. Sua.

4. Cum  
dilecta.

Sic & personalis confirmatio prioratus seu administrationis quā regularis à Romano pont. impetrassit, si se regularē tacucessit, eius ergō ne valeto. si enim expressit : rescriptum falsum iudicator. in impetrantem tanquam falsitatis auctorem animaduortitor.

Sed nec per conlationem legati alicui factam quantumuis à Romano pont. confirmatam iura diœcesano debita minuūtor, lœduntor. ea nō obstante olli reuerentia exhibetor, olli de iure suo integrè respondetor.

Item & priuilegia nimia vetustate consumptū si erunt: Romani quidem pont. autoritate innouari valento, ex innouatione tamen nullum ius cōfirmationis adquiritor, antiquum, si quod erat, conseruator.

*Libri secundi finis.*